



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri

Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de

Lvgdvni, 1609

Census.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

CENSURA.

CENSURA est sententia quadam Ecclesiastica, lata à capite ordinis, mediante iurisdictione Ecclesiastica fori exterioris, quæ priuat communionem Sacramentorum, vel hominũ, vel exercitio diuinorũ spiritualium, vel officii diuinis, vel Sacramenti, vel Sepultura. additum in Nouo cap. 27. num. 1.

Est verò censure triplex, videlicet, Excommunicatio, Suspendio, Interdictum. c. 27. n. 1.

Censura lata in mandatis visitationum non est à iure, sed ab homine. num. 2.

In censuris fictio non habet locum. c. 27. num. 272. in Nouo 273.

CENSUS.

PECCAT qui emit censum sine cõditionibus requisitis. c. 17. n. 233. 234. 235. Vbi etiam refertur Extrauagã. Pij V. circa cõsus: quam vide infra in tit. pretium.

Non licet emere censum nouè imponendum, minori pretio quàm statuto. c. 23. n. 91. Secus, si sit iam impositus. n. 91. Sed in Nouo eod. num. dicit, quòd nec iam impositus.

CESSATIO A DIVINIS.

CESSATIO à diuinis, non est censura Ecclesiastica; sed est ipsa dimissio diuinorum